

in fluvium Lovfa cum terminis predii Snephindal. Hęc autem omnia ꝛcclesię illi contulimus cum universitate utilitatum ac proventuum, id est cum viis et inviis fluviis et fluviorum anfractibus cum pratis et pascuis cum silvis et novalibus, quatinus ea fratres ꝛcclesię Reinhersbrunnensis hereditario iure possidentes nullius umquam heredis aut successoris
 5 nostri indebita retractatione multentur. In huius autem recompensatione concambii a prenotatis fratribus ea accepimus, quę subscripta sunt, id est Meinboldisfelt cum adiacentiis suis et ea, que in Burgtunna et Rimphinheim legitima possessione videbantur habuisse. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCLXXVĪ, indictione III, regnante
 10 Friderico glorioso Romanorum imperatore ac filio eius Heinrico Romanorum rege coram his testibus Cŕnrado Fuldensis ꝛcclesię abbate, Sifrido Hersfeldensi abbate, Herimanno Reinhersbrunnensi abbate, Herimanno palatino Saxonię, Boppone comite de Henninberg, Adelberto de Hildinburc et Lŕdwico fratribusque eius de Frankinstein, Ekihardo de Guttirn, Hugone de Hervirslebin, Mechtfrido de Gotaha, Gunthero de Slatheim aliisque complur[ibus]^a). Hęc autem mutuatorum prediorum alteratio f[acta est su]per^a) ripam
 15 fluminis Werraha secus pontem Fuldensis opidi, quod Vache vocatum est. Et ut hęc traditio rata et inconvulsa permaneat, sigilli nostri inpressione eam roboravimus illud sine simulatione statuentes et ex intimis precordiis exorantes, ut, quisquis eam temerario ausu violare pretemptaverit, dei omnipotentis iram et hic et in futuro sibi adversari sentiat et beatę dei genitricis sanctique Iohannis apostoli patrocina sibi deesse evidenter intelligat.

20

(SJ.)

525.

Landgraf Ludwig III. schlichtet einen Streit zwischen dem Kloster Homburg und seinen Ministerialen Adelbert und Lehenhard von Alstätt. 1186.

Hdschr.: Kop. Pap. Homburg. Kopiał (Saec. XVI. in.) fol. 10^b. Stadtarchiv Langensalza.

25

Gedr.: Neue Mittheil. aus dem Gebiet hist.-antiq. Forsch. 7 Heft 4 S. 50.

In nomine sancte et individue trinitatis. Temporibus curriculo generatione accedente et generatione recedente opere precium est ea tenaci committere memorie, que Cristi fideles ad honorem dei et ecclesiarum consolacionem et defensionem zelo pietatis instituere. Quapropter ego Ludwicus, landtgrave Iudde Romanorum imperatricis Frederici sororis
 30 filius, landtgravius Thuringie dei gracia et comes Hassie notum esse volo ũniversitati in Christo fidelium tam modernorum quam futurorum, quod in meam venientes presenciam dominus Ludwicus venerabilis abbas de Homburgk una cum meis ministerialibus Adelberto et Lehenhardo de Alstedte litem unam de luco uno iuxta predium Dimarssburgk diu habitam, tandem meo et comitis Adelgeri consilio in hunc modum dirimerunt, quod
 35 prefati duo fratres pecuniam dicti abbatis acceptantes et in pactione accipientes querimonia et actioni sue super luco illo habite penitus abrenunciaverunt et eum domino abbati et ecclesie sue quietam pace possidendum et recognoverunt et dimiserunt. Itaque de cetero